

rosa, flos quivis, & Eb. i. e. aqua vid. Gram-
mat. Persicam Dieu p. 3. § 87. lin. 8. Sed
hoc καὶ ἀφοσίωσιν, non tamen inutile vide-
tur esse ἀκροτόφυλλον.

Ἀνάθεμα Gal. 1. 8. h. e. execrabile. quod
ab Hesychio exponitur ἐπάργατος, ἀκοινωνή-
τος, communionem cum aliis hominibus indi-
gnus. & ἀνάθημα h. e. donum quod Diis de-
dicatum columnis templi, aut ex lacunari-
bus suspenditur. Dicuntur etiam ἀναθήματα
ornamenta urbis, ut: templa, basilica, porti-
cus, & generaliter quaelibet ornamenta.
Apud Homer. Odyss. a. v. 152. epularum
ἀναθήματα sunt μολπή τ' ὄρχησύτε cantus
& tripudium. An ἀνάθεμα & ἀνάθημα di-
stinguenda sint, vide Heinsii Exercitationes
ad N. T. pag. 336. Semel vox ἀνάθημα in
N. T. legitur Luc. 21. 5. ubi Syrus: בקורבנות
oblationibus. Sic δίδομεν damus, δίδόμεν infin.
Jonicus & significat da ap. Homer. Iliad. β.
Ponunt enim Græci Infinitivos pro Im-
perativis.

Sic, qui κενὰ dicit, in vitio est: Paulus
Atheniensibus dicit κενὰ. Act. 13. Ergo Paulus
est in vitio.